



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.38. Quia peccatrix est. Ignorat Pharisæus virtutem pœnitentiæ: cum peccatricem iudicet eam quæ peripsam mutata est sicut desertum Iacob.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

Si Deus eo solo quod nostra sit illi perspecta infirmitas, ita peccatori compatiatur, eumque longanimitas expectet sceleribus involutum, sustinet, fovet & vltis suscipit dilatare ad se converentem: tu, qui huius habes expectantiam, tibi quid credis faciendum? O fatuos Phariseos: etenim hæc erat illis culpa familiaris, qua fatuosi peccatores dedignabantur, & ab accessu procul arcebant illos indice demonstrantes: vt diximus in casu adulteræ: *Hæc mulier modo de-*

Vide Hom. Prehensa est in adulteris: & nunc hic ait: quæ & 26. n. 52. quæ est mulier hæc, quæ tangit eum quia peccatrix est.

§. 38. Quia peccatrix est. Ignorat Pharisæus virtutem penitentia: cum peccatricem iudicet eam quæ per ipsam mutata est sicut desertum Iacob.

105. **A**liam insuper insipientiam denotant verba Pharisæi, in eo quod ait: Christo non convenire, vt se ab hac muliere tangi patiat, quia, inquit, peccatrix est. O Simon, quam ignorans es, & quam parum nosti, quænam sit veræ virtus penitentia, & diuinæ gratia efficacia, & quantum vno instanti teræ percurratur: etenim in momento trahit Dominus nauiculam de profundo inferni: eamque ad cæli portum vsque sustollit: & quæ prava erat seclerum detestanda colluvies, depositam sit diuinæ gratia pretiosissimum: & peccatricem, qua nulla execrabilior, sanctam procreet, qua nulla feruentior. Narratur de Theodoro monacho quod cum in via perfectionis multum profecisset vitamque suam pluribus annis studio sanctitatis impendisset, iam senio confectus & annis grauis in non leuem ceciderit culpam: quem diabolus eius incensor flagitii, contestim ad desperationis laqueum acriter incitavit, illi persuadens, nullum sibi de Dei misericordia spem superesse remissionis, quia Deo ingratus adeo exisset, & tantis receptis ab eo beneficiis, tanto illum scelere reus offendisset.

Habetur. Intellexit hoc D. Chrysostomus. erat etenim Tom. 5. illi apprime cognitus, miste hæc illi tractatum indignum, quem inscripsit. *De reparatione lapsi*, in quo diuina quadam sapientia & spiritus D. Chrysostomi proponit illi, quod licet in graue lapsus Dei præfuisse crimen, Deumque non leuiter offendant: multo longe crimen committeret enormia peccata si de diuina discederet misericordia. Ad Hieron. Bap. de Lanua Tom. 111.

propositum virtutem expenit illi penitentia, terces mi & diuinæ gratia declarat efficaciam, quæ tantum ferico- ta creditur, vt in instanti peccator, & Deo diam. execrabilis, sanctus fiat diuinoque conspectui mirum in modum amabilis, ad hoc autem doctissimum adducit argumentum. Omnibus in confesso est, dæmonem non esse Deo potentiorum, nec huius nequitiam, illius gratia & mirifico dia; iam enim acceptum est illud Spiritus S. axioma; *Sapientiam non vincit malitia*. Nonimus autem potentiam, & nequitiam diaboli, quæ tanta est, vt in momento ex iusto faciat peccatorem, & in instanti ex supremo celorum vertice in abyssum precipitet inferni; domesticum notum est, quid in ipso Satana propria operata sit malitia, qui de lucente mutatus est in Luciferum; ex supremo omnium Angelo, imo creaturarum omnium euasit in diabolus totius barathri sceleratissimus; qui Dei amicus erat integerrimus, inimicus factus est infensibilissimus, improbitate pessimus, qui fuerat primus sanctitate; & hoc pluribus actura non est annis diebus, aut horis sed vnicò instanti, vnicò momento; hoc enim Christus similitudine fulguris declarauit. *Videbam satanam sicut fulgur de caelo cadentem*. Quid fulguri proprium est? Vt non sit, nec comprehendendi quid possit, quod tantam vnicò momento percurrat teræ regionem. *Sicut fulgur, quod exiit ab Oriente & paret vsque in Occidentem*. Sic Luciferus contigit eiusque aëtelis, qui cum tanti essent, adeoque sancti, atque in cæli altissimo culmine, gratia, densisque pleni, Deo per amorem quam proximi, & Deus plis per gratiam, vnicò instanti, de tota hac lapsi sunt altitudine ad infimam vsque profunditatem, & qui prius Angeli erant de ore venustissimis, facti sunt sicut dæmones favore horridissimi.

Sap. 7. 90.

Luc. 10. 18.

Quid ita mirandum? quid ita percellit timore sanctiores? potissimum cum sciant multos, qui Deo erant gratissimi, in puncto factos fuisse peccatores, Deique inimicos ingratisimos. Hoc in malo efficere potest diaboli malitia. An ergo plura non poterit gratia in bono Deique brachium omnipotens? Hoc potest, & hoc agit; etenim crebro peccatorem abyssu culparum immersum vnicò instanti illis educit, atque ad sublimem euehit sanctitatis altitudinem; vt quem grauissimum prius exhorrueras peccatorem, iam piissimum diligas, & qui quondam totius inferni fuerat habitaculum, nunc sit gloriæ Dei templum, & D d d d d Ss. Tri.

II. Efficacior est Dei bonitas quam dæmonis malitia.

1. Reg. 1. 8 SS. Trinitatis mansio dignissima. Hoc est

P. 112 4. 6 (inquit ille) quod Cantico suo celebravit Anna

D. Chryl. Mater Sanctis piissima femina, & deinde

Rex Psalmographus: Suspirans de pulvere reg-

num, & de stercore origens pauperem, ut sedeat cum

Principibus, & solum gloria teneat. Si enim ca-

codicum tantum posuit, ut te in veritate illa ac

fastigio virtutis in extremum malitia detruderet:

multo magis Deus in praesentiam te poterit vindicare

libertatem, nec in ea solum, sed tibi multo felicio-

rem, quam suis prior, perficere. His congruenter

expedit verba hanc Pfalterii: Hodie si vocem eius

audieris. Quid est hodie? D. Paulus explicavit

esse vitæ tempus, & singula eius momenta. An

ergo vno instanti tantum fieri posse credimus?

Vitæque non enim Deus tempus requirit longi-

us ad tui remedium, quam diabolus ad tui

damnationem. Memineris, inquit Ninivitarum,

quorum ita scelera acceperat enormitas,

ut ad caelum usque pertingeret: attende

quantillo tempore murati sint. Tempus exiguum

potuit universam eorum abolere impietatem. Con-

sidera latronem, qui vno momento divinae

gratiæ subsidio mutatus est in Apostolum, & de

cruce supplicii loco: pulpium crexit ex quo

Christi gloriam, eius Evangelium, atque sacra-

tissimi sanguinis extolleret efficaciam. Latro

hanc longo tempore paradisi introitum impetavit,

& vno momento peccata totius vitæ simul abster-

git, atque ante Apostolos officij gratiæ premium

suscepit.

Idem confirmat D. Hieronymus, ex ipsius Da-

vid actu celeberrimo: nam in eo ipso Psalmo

Miserere me veræ poenitentiae declarat efficaciam.

Præ grande fuit illius peccatum adulterij lapis

cunctis offensionis: prout & proditorium Vriæ

homicidium. Ita scelerum huic velut abyssi in-

fixus erat, ut Propheta viam non inueniret,

qua illud facie ad faciem impugnaret, nisi

composita parabola, qua peccatum illi suum in-

dicantur. Quam præmium illud cognovit:

exclamavit poenitens: Peccavi. Eodem instan-

ti respondit illi Nathan: Dominus quoque tran-

sivit peccatum tuum. Quid hic D. Hieron.?

Totam poenitentiam peccatoris ostendit Psalmus quem

quæsitus, quando ingressus est David ad Beth-

sabeæ uxorem Vriæ Harbat, & à Nathan propheta

corripuit respondit: Peccavi, Numquid audire me-

ruit. Dominus absolvit peccatum tuum. Graue

peccatum, at longe maior virtus est poenitentiae,

hanc enim hoc Psalmo referant. Adulterio san-

xerat homicidium, & tamen conuersus ad lachry-

mas. Misere mei, ait, Deus secundum magnam

De. Tibi soli peccavi: Rex enim eram, & alium

non timebam, &c.

Ecce quam apta S. Doctoris expositio: cum

enim in Vriam, Bethsabee, & populum pec-

casset, ait tamen: Tibi soli peccavi, &c. Progre-

ditur in eodem Psalmo, & notandum, inquit,

quantum terræ vnicui instanti percurrerit: nam

de peccatore, nedum euasit sanctus, sed tan-

tum diuina gratia roboratur, ut eius virtute se

quoque docere posse poenitentes sibi persuade-

ret. Tantum proficit ut dudum peccator, & po-

nitenti transierit in Magistrum, & dicat: Docbo

iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Duo

sunt hic expendenda. Primum: breuitas tem-

poris quæ peccator enadit iustus. Facilitatem vul-

nerum in sanitate deorum commutantis. O quam

vulnerata, quam corrupta vulnera! Ipse alio lo-

co hoc declaravit. Pueruerunt & corrupta sunt

excarices meae, &c. Et momento temporis infir-

mitatem sanitas superauit. Secundum: altitu-

do ponderata est ad quam subito peruenit nam

se statuit diuinæ præconem misericordiae, & ma-

gistrum poenitentiae: in eo quod agit & loqui-

tur. Iuxta illud jam se magnum coram Deo

confesbat: quia coram illo magnus est, qui fa-

cit, & faciendū docet. Qui feceris & docueris

hic magnus vocabitur in regno caelorum. Et hoc

in momento temporis: in momento temporis:

si namque diabolus in momento temporis sua

peruit malitia, illum de summa dejecit celsitu-

dine ad infimam profunditatem, & eximium

sanctum mutare in facinorosum peccato: em-

ul: o melius sua potuit Deus benignitate & fa-

uore, illum in momento temporis virtum creatæ

sanctiorem.

Mitari debemus omnes argumentum D. Hom. 3. de

Chryl. quod veræ poenitentiae cognosca-

mus efficaciam quod cum tale sit, repetit & latius

prosequitur aliquores. Attende, inquit, quan-

tumvis gratia tua sint peccata, nequaquam ani-

mo despondeas, imo potius, si quotidie labam-

ris, quotidie ad Deum conuertere. Peccata Tom. 1.

si habueris, non desperes, tamen si quotidie pecces,

quotidie poenitentiam age. Quid agis in domo

tua, quando sordibus inquinatur? Illam cuer-

ris: & si quotidie inquinetur, quotidie illam

emundas. Domine, an Deus peccantem me,

perferet patienter? Magna nimis est hæc tua

stultitia, si ista percuncteris? si diaboli ma-

litia tam est longanimis, ut si quotidie illum

abiures, & quotidie ad illum reuertaris, te

expectet, & apertis accipiat vlnis: quid non

ager infinita Dei misericordia, immensaque

bonitas,

P. 109 9.
Hieb. 3 7.

106.
111.
Dei misere-
cordia
in Dauide
proponi-
tur.

111.
D. Hieron.
ep. 46. ad
Aug. 1. 1.
111.

Pf 50. 15.

Pfal. 37. 6.

IV.

In inflā-
ti peccata
dumit-
tuntur.

Mat. 5. 19.

pan. 1. T. 5.

in Erologo
sup. 1. 5. in
proam.

Peccata Tom. 1.

bonitas, cuius comparatione tota malitia barathri minor est quam vna scintilla respectu totius Oceani.

V. Peccata sunt finita, Dei misericordia infinita.

In quo vitur fiducia peccatoris? In misericordia Dei. An ergo tu credis à malitia tua huius abyssum superari posse misericordiam? Quantumlibet enormia, multa & multiplicata sint peccata tua, finita tamen sunt, & numerum habent determinatum: Non talis est diuina misericordia. *Dei pietas & clementia mensuram non suscipit, tua autem malitia mensuram habet qualiscumque fuerit tua malitia, humana malitia est. Dei autem clementia & pietas est incircumscripita.* Hinc duo collige. Primum: quod nunquam diuina laesit à parendo misericordia, nec vnquam euacuari potest indolendo, quotiescumque ad illam accesseris. Secundum: quam breui tempore operetur: vnico namque momento peccata dimittit. Dico tibi, quanto opus est tempore, vt scintilla decidens in mare, penitus extinguatur? Vno instanti in imperceptibili quod pene declarare est impossibile. Minori adhuc igitur indiget peccator tempore, accedens vt decet ad Deum infirmis pelagus misericordiae, quatenus omnia peccata eius absorbeat. *ut. Cogita semel illud in mari ceciit, nulla poterit stare aut apparere. Vt ex eadem, quam diximus, patet ratione.*

VI. Efficitur peccata magna, maior est gratia.

Tanta est efficacia malitiae, vt vnico instanti debeat demergat & absorbeat omnia opera bona & sancta: nam ita potest esse S. rapam, & omnia habere merita Aonistorum, & actus patientiae martyrum, & penitentiae Confessorum, vt vnico peccato mortifero omnia perdantur, & qui iustus eras, vnico instanti peccator fias execrandus. Ita Deus per Ezechielum indicauit. *Si auerit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, & omnes iustitiae eius quas fecerat, non recordabuntur.* Non ergo minor esse debet & inferior Dei gratia: quadoquidem illa peccator aditus, licet totius orbis sceleribus inquinetur, ad Deum conuersus, sicut scintilla in abyssum maris decidens absorbeatur. *Si impius egerit penitentiam, & cetera vult, & cetera omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor.* An haec, inquit ille, in praxi videre desideras?

107. Ipsi. 1.

Audiamus quid per Isaiam Deus proloquatur quibusdam sceleratis & is quidem ceteris nequitia superioribus. Sic nam oritur vates prophetiam. *Viso quam vidit Isaias filius Amos, super Iudam & Hierusalem.* Audiui quæ

Deus mihi videnda contulit super populum suum contumacem: mihi quæ præcepit, illis aperiam oculos, vt hoc viderent. *Audite celi, & auribus percipite terra, quoniam Dominus locutus est.* Quid facis o Propheeta? Dixisti, dicenda tibi fore super Iudam & Hierusalem: vt quædam cælum conuertentis, & terram inuocas? *Viso super Iudam & Hierusalem, & cælum alloqueri, atque in terram sermone declinare?* Vtique: vult vt enim spectare videra illa, quæ Moyses olim protulerat: nam morti proximus conuersionem ad populum habuit, iam in hanc terram ingressurum promissionis, cum ad diuina legis exhortatus obseruantia, ceteroque illi promittens, vt sicut illam si custodirent, bonis illos afficeret innumeris & eminentibus, ita si preuaricaretur illam, lauis illos & acerbis puniret suppliciiis, eam exorsus est, obcellatus cælum & terram. *Audite celi quæ loquitur, audivit terra quæ dicitur.* Illa inuocat in testes eorum, quæ illis promittebat, & quibus illos pertertebat. *Testes inuoca hodie cælum & terram, &c.* Sciebat Moyses, illos qui verba sua capiebant, esse mortuos, quodque proinde testes non essent idonei: quare cælum & terram inuocat, quæ nunquam esse desinent, vt testes sint perpetui. *Eia igitur celi, Vos qui manna depluistis, & testes estis eorum, quæ Deus huic populo præstitit, & modo meorum effote testes incorrupti verborum.* *Eia terra, tu quæ manna recepisti, & mensa fuisti sitata quæ secula susciperes miraculosa, quibus huic Deus populum eiecit, & signa vidisti mirabilia, quæ Deus operatus est ad eius beneficium, esto testis eorum quæ locutus sum.* Illos ipsos, quos Moyses adhibuit in testes eorum quæ dicenda forent populo Israelitico, inuocat, vt testes sint iniquitatum, ac seditionum, quibus Deo suo ingrati responderunt, qui hanc contra illos querelam expetit iniquitatis. *Filios enim eius & ex alius: ipse autem spreuerunt me, &c. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, &c.* A quo pabulum accipit, populus autem iste nec non cognouit. Hinc ad tantam delapsus est calumniam, vt illi prædicere nequeam, nisi Verbum eius supplicium. *Ve gens: peccatrix populo gratia iniquitate semini cognouit, filius sceleratus dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel. Va languens iniqui D. Chryseu quando modicus eras deslorat iniquitatem, & ait: Valtali. Perpende, quod dicat Dominus. *Ve gens peccatrix, &c.* Ad tantum iniquitates illius excre-*

VII. Cur cælum & terra testes inuocentur.

Dicitur.

VIII. Gratiæ peccati Israel eorum.



verunt cumulum: vt nihil in eo sit integrum. *A plantis pedis vsque ad verticem, non est in eo sanus. Vultus & linor, &c.* Ad talem Principes eius statum corruerunt, vt ore plenus & veridicus vocari possint Sodoma, populus autem, ciues Gomorrhæorum. *Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri populus Gomorrhæ.*

Congruè profecit Isaias, populum hunc de crebris abyſſo nequitiarum abſortum, cuiſque luget & plangit calamitatem. *Estne in hinc par quidquam? Propheta ingemiscit plorat, cælum inuocat, repræſentat malum ingeni, Deum inuocat. Vidisti vultus, vidisti malum insanabile, non vultus, non durum, non a com, sed melle: An ergo speranda salus è Propheta sanctissimo? Numquid non verbum conſolatorum his proloqueris infirmis? Vtique, & quidem inſigne. Lauamini, &c. si fuerint peccata ueſtra vt coccinum, quasi nix de albaſentur: & si fuerint rubra ſicut vermiculus, quasi lana alba erunt. Abluete vos, & lachrymas ex corde veraciter conſeruitate profundite, & momento temporis mutabimini: & quantum peccata ueſtra tulerint, & iniquauerint, & colore ſanguineo cocco rubiore inſuerint, ipſa nix eritis candidiores: hæc enim eſt lachrymarum efficacia, quæ ex corde profluunt conſeruitate, & veræ peccatorum dolore.*

O Simon, quam parum in hac ſcientia profeciſſe, & quam parum intelligis virtutis lachrymarum magnitudinem, quas cor vere contritum effundit, & diuinæ gratiæ in hac muliere potentiam. Quam male loqueris, & iudicas: *Peccatrix eſt. Sic eſt, ſerat etenim peccatrix. Nunc autem talis non eſt: ſed ſi prius peccatrix fui inſanis, modo ſancta eſt multo præclarior: & ſi Satana malitia voluit illam de gratiæ diuinæ præcipitate ceſtrudine, ad peccati culpæque profunditatem: eam Dei gratia ab illa erexit profunditate & abyſſo, ad ſeraphinorum altitudinem amore ſagrantium. O Simon, quam parum attendis illud Spiritus S. Ne manſerit in operibus peccatorum, &c. Facile eſt enim in oculis Dei ſubito honeſtate pauperem. Gæzus legit: Ne miserum. Ne vocifereris, aut obſtupefcas videns peccatorem, nec cum omni ſpe ſalutis exortem iudices: facile namque eſt omnipotenti Deo in momento temporis ditare pauperem: & eum, qui non niſi inſeris & paupertate circumdatur, diuinæ gratiæ diuitiarum aptum efficere receptaculum. *Subito. Quam tibi incognitum eſt Mariæ documentum, etenim anima terga verens**

IX. Hinc op-
ponitur
efficacia
penitenti-
æ.

Exod. 17.
42.

ſagittis, & ad pedes Dei reuerſa, diuinæ ſe ſubmittens voluntati, à Deo ſuſcipitur, atque ſuper nubium cœlique altitudinem extollitur, ſicque digna diuinæ ſedes maieltatis, ipſis cœlis purior, & ſeraphim amore ſeruentiſſima. *Cum non facerem vultus, & non inueniretur voluntas tua, &c. ſuſtollam te ſuper altitudinem terra.*

His conformiter, hanc mulierem iam collocauit, & erexit ex tione inferni, ad ſeraphinum amore ſagrantiffimum. *Dilaxat multum. Lachrymus capis rigare.* Sanctificatus Deus montem ſinai, vt in eo legem promulgaret, præcipit vt omnes eam recepturi ſe præparent, & ab immunditiis ſe lauent, ad pedem accedant montis, in quo Deus eſt condens legem, porro cum nullatenus aſcendant. Quomodo ſcietur quod Deus deſcenderit? Tuba percipitur horribilis, & terrore totum concutit montem. *Erigitur omnis mons terribilis.* Ex Hebræo legit Caietan. *Et tremuit totus mons trementer.* Quæ montis concuſſio ad ſonitum buccinæ? Cooperuit illum nubes obſcura & deſa: ignis accenditur ex vna parte conſumens, & ex altera ſumum excitans terribilem, ex quo pluuia deſcendit vberiffima, teſte D. Paulo, & prædixerat Dauid. *Domine cum egredereris in conſpectu populorum, cum pertranſires in deſerto: terra mota eſt, etenim cæli diſtillauerunt à facie Dei ſinai, à facie Dei Iſrael.* Attende, inquit Moyses, vt cognoscas, quod Deus in montem hunc deſcenderit. Et in quo ſcietur illud? *Totus autem mons ſinai ſumabat, ex quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet ſumus ex eo ſicut de furnaco.*

Capiat ſonnitum Iacob in loco deſerti viſitatorum: ea namque de cauſa illud deſignauit Spiritus S. dicens: *Cum veniſſet ad quendam locum. Vt expleret virum aliquem haberi contempitui, nullus eſſe auctoritatis, dicit: homo quidam, ſic erat Iacob ille: quidam locus: non niſi ſpina & lapidibus obſitus, & immundis reptilibus horrendus: vt autem Iacob ſeipſum ex vno arque ex altero eriperet, & caput ſecure ad quietem componeret, lapides in cumulum collegit, plures exanimaderant. De lapidibus qui iacebant, atque ex illis, et uicinal ſibi præparauit. Suauiter obdormit, hæc ſubito cœlos Deus aperit, & mirabilem illam exinde ſcalam dirigit ſupra locum illum: Angelos ſuos deſtinat aſcendentes & deſcendentes, Deus ipſe millenis illum complet benedictionibus. Expergiſcitur Iacob, obſtupefcit, exſultat. Quanta hæc, pro mutatione. O quam ſubito locum hunc terrenum in cœlum mutatum aſpicio. O quam terribilis eſt locus iſte, ubi à*

Gen. 28.
11.
XI. Allegoria
de Iacob
qua vis
penitenti-
æ nota-
tur.
Dominus

Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Mutationes sunt hæc mirabiles, quas Deus in instanti valet efficere.

Erat indubiè Magdalena desertum, in quo non nisi peccatorum inveniuntur lapides, & repitilia luxurizè immundissima. Momento temporis cælum Deus aperit misericordiz, & cælesti replet illam claritate: scilicet amorem sui & gratiz demittit, quæ animam illius Deo coniungit, Deumque illi. Quis verbis explicet (ut dicam cum D. Ephrem Syro) Angelos ascendentes & descendentes: quibus eam blanditus Deus excipiebat, & illius erga Deum amoris quis loquatur indicia? Suspensa factum ascendunt, dona deorsum descendunt: tota illa Deo consecrata, & Deus totus illi familiaris; mille cum mulans eam benedictionibus: & quæ prius erat:

Serm. in pecca.

Ago. 18. 2

Habitatio d. moniorum & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volueris immunda: nunc est gratum Angelorum, Archangelorum, & Seraphinorum habitaculum: & quam prius septem incolebant dæmonia, nunc septemque Spiritus S dono decoratur. O Phariseæ, aperi oculos, ut iacob: nam si paulò ante peccatricem exhorrueris, & detestatus sis spirituum speluncam infernalium, in actu oculi, & momento temporis, illam ve Dei viui templum mirabere dignissimum. Verò Dominus est in loco isto: conspicies illam sarcato terribilem, quæ crudum illi bellum inlicitat, & animosa profernat. Quàm terribilis est locus iste? Terribilis ut castrorum acies ordinata. Prius ex his quæ possidebat, exercitum Satan contraxerat præpotentem, quibus Deum bello lacebat: oculos eius intelligo, capillos, manus, os, odores, agendi modos, milites ad omne factus terribiles. Arma iniquitatis. Nunc ex his omnibus legiones conscribit inferno formidandas: nunc enim illum petterent oculi illi lachrymabundi, capilli illi Christi pedes abstergentes, illæ manus lavantes, illud os exosculans, &c. Terribilis ut castrorum acies ordinata. Erant illi milites inordinati, modo debito statuntur ordine: quocirca ut terribilis castrorum acies, quam nec tota præsumpta potentia dæmonum ad certamen exspectare venientem. Au ergo tam inopinato, tam celeriter? Vtique: ad hoc enim sufficit, quod ad Domini pedes penitens accesserit, eosque sibi ad Deum ve scabellum erexit.

Cum Origine perpendamus quod in libro Iosue scribitur. Erat hic populi Dei dux in medio campi civitatis Hiericho, terra adeo maledicta, rebullis, & inimica, mille digna male-

dictionibus, & ecco apparet illi Angelus, obliquose Iosue, cui sic Angelus. Solus calcamentum Ios. 5. 15. de pedibus tuis: locum enim in quo stas, sanctus est.

Qui fieri potest, ut ille locus sanctus sit? Numquid suburbium est vrbis Hiericho maledictæ, Delique inimicæ? Non abnuo: sed iam sanctus est quare? quia Angelus in eo pedem suum fixit: quod si pes Angelus sufficit, ut locus maledictus, locus fiat gloriæ: quid non efficiat pedes Domini Angelorum? iam locus iste sanctus est, ubi Dominus sacratissimos suos hixit pedes, iam cælum reddita est stellarum. Locum sanctus est.

Considerat Theodoret, Domini præceptum in Leuitico de sacrificiis. Præcepit Moysi Dominus, ut ad supremum sacrificium, nempe holocausti, in quo omnia quæ offerrebantur, igne cremarentur in Dei honorem & gloriam, altare statueret particulare dictum. Altare holocausti.

Deinde mandat, ut sacrificium illi dediceret pro peccato idque in eodè altari holocausti, & quam primum in altari collocaretur, deinceps non diceretur hostia pro peccato, sed hostia sanctissima: hæc sunt Dei verba: Sanctum sanctorum, ista est lex hostia pro peccato. In loco, ubi offerretur holocaustum, immolabitur coram Domino: sanctum sanctorum est. Dux nobis hic occurrunt difficultates.

Prima. Videtur indegens hostiam pro peccato in eodem loco & altari reppui, in quo statuitur holocaustum quia animalia ibidem oblata viros designabant perfectos à quibus, siue per quos offerrebantur: unde holocausti sacrificium personam referebat immaculatam, iunocquam, amore Dei flagrantem, cuius se mancipabat libens obsequio, quod autem pro peccato immolabatur personam signabat peccatricem, pollutam & coram Deo execrandam. Quis igitur dicet, peccatorem in loco iusti esse statendum & pollutum atque immundum, impolui, & mundi locum occupare?

Secunda difficultas hæc est: quod Deus iubeat, ut hoc animal sibi pro peccato dedicatum, vel talis viri sacrificium vocetur sanctissimum: Sanctum sanctorum est. Si mentio fiat de peccatis & maculis, & hoc sacrificium peccatorem designet, in quo & seipsum offert, qua ratione vis hoc nominari sanctissimum? Insigne laet hic mysterium, inquit Theodor. Ut tibi pateat vera efficacia penitentiz: peccatorem enim, qui tam synagoga & corde peragit, iam non ut peccatorem debes detestari, quia eo momento, quo vera contritione dolens ad pedes recurrit Dei, illique se totum offert in sacrificium, & eius amore flagrans corpus in laerymas fluxusque dissolvit, illum statim Seraphinis maximisque Sanctis collateralem: D d d d d 3 atque

ros. 4
Quest. 4
in h. loc.
XII.
Cur ho-
stia pro
peccato
immole-
tur in al-
tari ho-
ocausti,
locousti,
& dica-
tur. San-
ctum Sa-
ctorum.
L. 1. 6. 29.

atque illud factum iam esse die holocaustum: hoc etiam agit amoris ignis, qui coram in Dei honorem conc. ematur; ut in Magdalena: nam ut ait D. Greg. convertit ad numerum virtutum, numerum peccatorum. Illam inter spiritus illos colloca. cælestes: qui facti holocausta perperuo duntaxat amoris gratia et incedendo: quæ de causa dicuntur Scraphinis: *Dilexisti multum* iam illam. ne vocaveris peccatricem; sed *Sanctum sancto- rum*: Sancti sunt eius oculi: sancti eius capilli, qui terguunt: sancte eius manus, quæ lauant, sanctus eius intellectus, qui fide viva credit, san- cta eius voluntas, quæ diligit: tota sancta.

Isa. 11. 4.

XIII. Magdale- na. B. bylon fa- cta est miracu- lum.

Congruenter dixeris id quod in principio retu- limus ex *Isaia: Babylon delicta mea posita est mihi in miraculum. Ostendit Deus in visione vati hanc, quæ civitati Babylonie forent euentura. Illu- strissima florebat, ditissima palatii formosa hor- tis grata, muris altissimis circumdatis, turribus excelis præmunita, quæ ad cælum usque pertin- gere velle videbantur: cuius pulchritudo mundi censebatur esse miraculum. Prædicat Dominus *Isaia*, breui tempore ab hostibus coronâ cin- geodam, talique exortendam strage, ut eam in- cendio tradentes in cinerem converturi sint: eius palatia in cubilia draconum, hortos in ericeta lapparum & viticaram. Obstupescit Propheta & exclamabat: *O Babylon civitas charissima, facta es mihi in prodigium. q. d. Te contemplor ita mu- atam, ut miraculum censeam tantam in te tantillo tempore videre mutationem. Vehemen- tem poterat hoc monere admirationem: sed nihil foret hæc maior, si e contrario videret Babylonem factam speluncam ferarum, ericetum spinarum, quæ momento temporis in paradysum mutaretur amantissimum: cubilia draconum in palatia Principum, destructas portas in turres quarum ad cælum usque pertingeret altitudo. Tunc meliori iure dicere liceret, quod posita esset in miraculum, & hoc communi calculo de hac muliere proloquamur: *Babylon delicta mea posita est mihi in miraculum.* Tanta est eius mutatio: ut quidem in ea est, totum sit mira- culum diuinæ potentie obstupendum, & diui- næ gratiæ effectus admirabilis. Arcadicum pe- catis dixeris esse sermonem, qui dicit: *Peccatrix est.* Multo prudentius quam Pharisæus dixit *Erat peccatrix*: prius talis erat, sed de hac femina dicamus, quod postmodum An- gelus D. Ioan. de altera interloquitur hæc prophe- cia: *Bestia quæp. vidisse erat, sed non est.* Erat, iam non est: erat impudica, iam sancta est: in- habitata erat, iam honesta habitatio erat: demo-**

Apoc. 17. 11.

niorum abominanda, nunc templum est Spiritus S. dignissimum: erat in ciuitate peccatrix *Isa-* mis, iam tacta est inter Scraphinos in cælo ce- lebratima.

§. 39. Peccatrix est. Perperam dicit Phari- seus: cum iam illa mulier non sit *Isa.*, quæ fuit, sed alia, sicut *Niuiæ*, & vas *Hiere- mie.*

A Vero longè aberrat illud Pharisæi iudi- cium: *Peccatrix est*, quasi illius qui stupi- dus ignoret veræ penitentiæ efficaciam: quæ tanta est, ut sicut confirmat. D. Ambro- in li- bris de penitentia, totam delectat vitam peccato- ris, illique adeo novam inducat, ut dicere liceat, quod iam idem ipse non sit. Eo sensu (inquit) loquebatur quidam adolescens, quicum impudi- ce versatus fuisset cum inhonesta mulere à Deo illustratus, culpamque agnosceus, tanto peni- tentiam studio aggressus est, ut sequenti die scot- to factus obuius ad eoque vocatus, responderit: *falleris ô domina, falleris: non ego ille ipse quem arbitraris. An tu non ille mihi charissi- mus? Nequaquam, ille namque desit esse talis, & quem modo vides longe alius est.*

Satis oblectantur intellectu verba *Isaie*, qui- bus effectus exponit aduentus filij Dei in hunc mundum: ad licetam de hoc mysterio loquitur, & de beneficio quo Deus nos dignaretur, nobis tantum dando præceptorem & redemptorem. *Et erunt oculi sui videntes præceptorem tuum. Isa. 30. 20*

Abundantiam prædicat honorum, quæ nobis conferret, sub figura mellis ubertioris. *Et dabi- tur pluuia seminibus tuis & panis frugum terræ erit uberrimus & pinguis. &c.* Evangelicæ doctrinæ dignitas signatur: quæ per totum mundum el- let extendenda adeo copiose, ut ad omnes partes esset potuentia. *Et super omnem montem excel- sum, & super omnem cillum eleuatum recurrerit aquarum in die inspecti nis malorum cum considerent turres, Diem vocat tempus aduentus Christi, & legis Evangelicæ: ut interpretatur D. Aug. Erit dies hic ait, intersectionis malorum, & in quo turres corruent altissimæ. Perpendo*

quibus duobus epi- hetis diem appellet prædica- tionis Evangelicæ & tempus legis gratiæ, diem dicit mortis malorum, & in quo turres cor- ruent sublimiores. Hoc secundum facili negotio intelligitur: quandoquidem hic vnus fuerit aduentus Christi, & Evangelicæ prædicationis effectus omnes Saranae machinas evertet, tēpla, idola & altaria, in quibus reuerarum principes adorabantur: de quibus die Sabbati diximus

110

I. Magdale- na pecc- atrix fuit sed iam non est.

Isa. 30. 20

Isa. 30. 25

L. quæst. nos vote- ris & no- ni testia. 9. 105.

Rem. 6. 14 II. Effectus prædica- tionis E- uangelij.

Peccum